



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

215. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 295
cum filiastra sua vel cum sorore uxoris dormierit, stare potest.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCXV. Qui dormierit cum duabus sororibus, & una ex illis antea uxor fuerit, nullam ex ipsis habeat, nec ipsi adulteri unquam conjugio copulentur.

Concil. Vermer. c. 12.
Burchard. lib. 17. c. 3.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCXVI. Si quis cum uxore fratris sui dormierit, adulter & mœcha diebus vitæ suæ absque conjugio maneant. Ille verò cui uxor fuit, si vult, aliam conjugem accipiat.

Concil. Compend. c. 8.
Burchard. lib. 17. c. 17.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCXVII. Si quis sponsam filij sui oppresserit, & postea filius ejus eam duxerit, pater postmodum non habeat uxorem, nec ipsa mulier virum. Filius, qui facinus patris ignoravit, aliam accipiat.

Concil. Compend. c. 10.
Lib. 5. Capitular. c. 5.
Burchard. lib. 17. c. 18.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCXVIII. Si quis filiastrum aut filiastram suam ante Episcopum ad confirmationem tenuerit, separetur ab uxore sua, & aliam nunquam accipiat. Similiter & mulier.

Burchard. lib. 17. c. 22.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCXIX. Si quis cum matre & filia fornicatus est, ignorante matre de filia, & filia de matre, ille nunquam accipiat uxorem. Illæ verò, si volunt, accipiant maritos. Si autem hoc fecerint ipsæ feminae, absque maritis in perpetuo maneant.

Concil. Compend. c. 14.
Burchard. lib. 17. c. 12.